Fratres. Conuenientibus
uobis in unum iam non est
dominicam cenam manducare. Unus-
quisque enim suam cenam presumit
ad manducandum. Et alius quidem
esurit. alius autem ebrius est.
Numquid domos non habetis ad
manducandum et bibendum. aut
ecclesiam dei contempnitis. et con-
funditis eos qui non habent.
Quid dicam uobis? Laudo uos?
in hoc non laudo. Ego enim ac-
cepi a domino quod et tradidi uobis
quoniam dominus Jhesus in qua nocte trade-
batur accepit panem et gratias
agens fregit et dixit. Hoc est cor-
pus meum quod pro uobis tradetur.
hoc facite in meam commemoratio-
nem. Similiter et calicem postquam
cenauit dicens. Hic calix no-
uum testamentum est in meo sanguine